



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma  
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter  
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1688**

Tent. IV. Ob malam vitam Concionato[r]is.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](#)

doctum, doctior forsan ipse patienter audiat, & ab eo  
in rebus sacris instrui se sinat.

CLVIII. Tertiò eidem in memoriam revocet, quām frequenter contigerit, ut aliqui per unicam sententiam in concione auditam quandoque fuerint conversi, atque ad summam vitæ sanctitatem pervenerint, et si eo tempore id minimè speraverint; quāmque adeò & ipse libenter concessionem etiam inde & hominis audire debeat, cùm nesciat, an non DEUS illum tanquam instrumentum elegerit, quo uti velit, ad ipsum efficaciter convertendum, atque ad magnum sanctitatis gradum perducendum.

CLIX. Quartò pariter illi demonstret, quām hē-  
toicarum virtutum exercendarum occasionem ipsi  
DEUS offerat, per ejusmodi concionum auditionem,  
nempe humilitatis, abnegationis, victoriæ sui, pa-  
tientiæ, charitatis proximi per ædificationem, & exem-  
plum bonum exercitæ, & similium, quæ omnes sanè  
suadent, optimè collocatum esse illud tempus auditæ  
concionis, etiamsi nullum alium doctrinæ fructum  
referret.

6. IV.

*Tentatio IV. ob malam vitam Concionatoris.*

CLX. **A** Chatius Civis fatetur quidem optimas esse, utilissimasque Conciones, quas Parochus suus ad populum instituit, sed ab ijs neutiquam se permoveari, eò quod dictus Parochus ea, quæ dicit, ipse non obseruer, sed pessimam, & scandalosam vitam ducat. Itaque pariter statuit, omnino à concionibus abstinere.

stinere, ne verbum auditum, & non factum lib  
damnationem potius, quam salutem cedat. Quam  
quomodo haec illi tentatio sit eripienda?

## Responsio.

**CLXI.** Primò illi in memoriam revocet, q  
Christus Matt. 23. Apostolis dixerit: Super Cathedram peratu  
Moysis sederunt scribæ & Pharisei. Omnia q  
quacunque dixerint vobis servate, & facite; secunda  
opera vero eorum nolite facere, dicunt enim, & non d  
ciunt. Eadem ergo verba & sibi applicare jubeat Ca  
fessarius Achatium, atque adeò non tam ad vita  
quam doctrinam Parochi attendere.

**CLXII.** Secundò eidem ostendat, quotidiano  
emplo, quam imprudenter agat, ob malam vitam Ca  
cionatoris concionem negligendo; an non enim qu  
tidie cibum sumit, non examinando, an bonam vel  
vitam Coquus aut Coqua ducat? an si à magno Pr  
cipe ad Convivium invitaretur, venire, aut cibos  
mere ex eo capite recusaret, quod Coquum flagi  
sum haberet? quanto minus ergo ad Convivium re  
bi divini ab ipso D EO invitatus recusare debet he  
gratiam ob vitam Concionatoris non admodum a  
ficiativam.

**CLXIII.** Tertiò eundem querat, an si gravi  
quo & periculo morbo laboraret, & nullum ali  
medicum, nisi flagitosum, suæ tamē artis peritissimum  
haberet, eundem propterea recusare vellet, quod  
tam non duceret bonam? cumque haud dubie neg  
ret, se eum recusaturum, hortetur ipsum, ut scipio  
meliùs introspiciat consideretque, quam multis a  
huc & grayibus animæ morbis ipse subiectus sit, quia  
obser

que adeò parùm horrere debeat conciones scelerati  
Prædicatoris, si quidem efficaciter curari velit.

CLXIV. Quartò ipsum hortetur, ut Conciona-  
torem tanquam legatum à DEO ad se missum, & vo-  
luntatis divinæ Interpretēm intueatur, atque adeò,  
ocet, sicut ij, quibus aliquid à Rege per Interpretēm im-  
Cathédra peratur, non ad vitam Interpretis, sed solam rei im-  
mnia op eratæ substantiam attendunt; ita pari ratione & ipse  
secundū non quærat, quis hoc dixerit, sed quid dicatur, atten-  
& non dat, cùm Verbum divinum tantæ sit authoritatis &  
beat C dignitatis, ut, per quemcunque manifestetur, pari  
ad vita temper reverentiâ & aviditate sit audiendum, atque  
implendum.

§. V.

Tentatio V. ob longitudinem, & repetitio-  
nem concionis.

CLXV. **A**lipius honestus civis fatetur, se libenter  
quidem audire Verbum DEI, sed ta-  
men duo plerumque sibi permolesta accidere in con-  
cionibus, nempe quod & nimis diu frequenter pro-  
trahantur, & saepè eadem doctrinæ repetantur; hinc  
enim fieri, ut, sicut de cibis testatur Salomon, quod  
anima saturata calcabit favum, ita & ipsi satietas Ver-  
bi Divini fastidium pariat. Quæritur itaque, quo-  
modo hæc ei tentatio sit eripienda?

*Responsio.*

CLXVI. Primo illi ostendat, negari quidem non  
posse, vitium non leve quorundam Concionatorum  
esse, quod conciones nimis protrahant, cùm potius  
observare deberent saluberrimam S. Thomæ Aquina-